

impedito posse esse uirtuti. nec se insolens de sui generis
nobilitate iactaret. ne uel parentum crimina uerecundior
erubesceret. cui obumbrande originis facultas daretur flo
re uirtutis. An uero scilicet ad licet multa et in mysterio figu
rentur. non eo peccator quod hominem se esse cognouit. et commissum su
perbrepta uirgine uxore peccatum penitentie putauit lacri
mis abluendum. ostendens nobis neminem uirtuti proprie debe
re confidere. Habemus enim aduersarium magnum. qui uinci a nobis
sine dei favore non possit. Et plerumque illustribus et beatis uiris gra
uia peccata fuisse reperiunt. ut quasi homines temptationi patuis
se cognoscat. ne uirtutibus egregiis plura quam homines cre
derent. Si enim dicitur quod presumptione uirtutis elatus dixerat.
si reddidi retribuendum mala in. ualibi. ego autem dixi in mea
habundantia non mouebor in eternum. statim insolentiae huius pe
na se subisse memorauit dicit. auertisti faciem tuam a me fa
ctus est turbatus. si ipse dicitur generis auctor insolentiae
excepit offensam. quanto magis nos peccatores quam nulla suf
fragat pro gratia meritorum. insolentiae se opus timere
debemus in quo naufragium sit bonum. presertim cum tantis uir
nobis et magistrum auctor sit et exempli. qui quasi psalmodia
quandam ad reprobandum dominum in posterioribus canenda pu
tauit dicens. domine non est exaltatum cor meum neque elati sunt oculi
mei. et dominus ad dextris meis ne commouear. Sciuit enim. quan
do se sibi credidit esse lapsum. Venique nichil aliud esse in ho
mine designauit. non quod dominum nouit. Sic enim habes. Quod est ho
mo quod innotuisti ei. aut filii hominis. quod computat eum. Si ergo
ad insolentiam damnat. humilitatem induit. recte in histo
ria uxoris uirgine magistrum istud affectandae humilitatis
asserit. et tamen si ex ea natus est ille pacificus salomon. uide
amus ne forte mysterium sit. quod sublato eo de medio qui